

II.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 59.

Secretum litterarum Commercium inter Vivos et vita functos.

Thomas Souton ex Campis Elysiis ad quemdam
Germanicum Bibliopolam.

Elysium-Meum. Die Veneris. 24. Aug. 1810. (Neov. 3, Aug. 1810.)

Efflorescetne rursus librorum Commercium?
dic, sodes, & amabo — hæc quæstio a Vol-
ge Rhenum usque agitur, ita quæro, inter-
rogo, a Styge Sequanam usque.

Si in solis Philosophis staret, res faci-
lis esset quæstioni respondere. — Verum res
politica agitur, & regimina nostram vitæ
rationem (nam & ipse Bibliopola fui) dubi-
am reddunt, & non levem anxietatem con-
ciliant. Usque edocere nos dignantur, quo
limites nostri se exporrigant quousque me-
ta nostræ operationis se extendat, age, con-
silia, quid nobis agendum supersit, ineamus.

An Romanenses Fabellas? — hæc
merx secundis duntaxat venum it temporibus,
multiplicia bella causa sunt, quod quilibet
solanum tuberosum in Culina arripiat potius,
quam ut Imaginationem commentis irritet —
Comœdias? — exile hoc & modicum com-
mercium est — an fortassis erudita ope-
ra? — hæc ob defectum Eruditorum excor,

pta solum ex aliis libris & Encyclopediæ habentur — at politicis forsitan speculationem adcommodare juvabit? — de hoc argumento pauca solummodo delibare fas est; an Theologia aptam præbitura materiem? at at venerabiles modo anus sacras hodie inviant ædes — Jurisprudencia fors campum suggeret? — hæc modico continetur Codice legum, brevi & perspicuo — Medicane modum audendi suppeditet? — hæc mentem scriptorum censet, & hodierno ævo restringitur ad *Recepta* quæ intra aliquot annos memoriæ mandantur, — Philosophia subsidium præstet? — at ipsa hæc est, quæ rem perdidit, effecitque ut libelli & Ephemerides unam lectionem constituant.

Quid igitur factò opus est? — Adquiescendum est animo occasionalibus ita didis scriptis — quæ momentaneum duntaxat vitæ subsidium tolerandæ præbent. — Homo fortunam propitiam, aut adversam expertus lectorum curiositatem irritat, cuius inest sciendi cupido: quæ ratio & modus fuerit, fortunæ seu secundæ, seu sinistrae subeundi? — Fit interdum: ut Anecdota aut rarus Casus auctori amplem notitiam adferat, lubet narrare tibi: ut cum *Cel. Thomson* scriptis mihi evenerit; auscultas:

Quis celeberratus artifex Comicus in Theatro Londinensi, in quibusvis familiaribus congressibus amatus æstimatusque — Thomson nobilis Scotus nihil minus quam dives dum Londinum advenisset; sæp. ca-

su in eo, illeque artis versabatur djunctis
quod adveniente meridie nesciret unde ven-
tri provideret, famemque sedaret; hac ille
anxietate actus venui offert poetici ingenii sui
factum: *anni tempora*, at vendi non potuit,
emptores non erant, adhæsit.

Bonus vir nomina fecit, eratque quidam
Creditorum paullo asperior, qui pecuniam
debitam idemtidem frustra postulans, quam,
spe: eum hoc opere fortunam habiturum, ei
mutuaverat, nunc spe delusum se videns ad-
prehendendum debitorem, carcerique man-
cipandum curabat. — *Quin*, quin Thomso-
num nosset, intellectis viri fati debitum per-
solvit ob quod nexibus datus erat, petiitque
eum incarcerato colloqui; dicitur ad carce-
rem, moestumque sic adfatur” nomine noti-
or ero Dom. Tuæ quam ingenio meo, *Quin*
vobor, venioque cœnaturus cum D. T. ipsa
dapes conducendi veniam, cœnamque adpa-
rari curandi libertatem mihi sumsi.”

Thomson inexpectata Mæcenatis bene-
volentia & humanitate percussus, uliro se
pronus in propositionem gratiosi hospitis
præbuit. Cum inter cœnandum, familiares
que sermones animus cresceret, agebat: ut
quæso factam; mihi singularem hunc tactum
virum iara viles hos ergastuli parietes ex-
cipiendi honorem obtigisse? Nescit Domina-
tio Tua, reddebat theatralis heros, quantum
sibi debeam; at gratum eapropter animum
meum testari volo; eram in eo articulo re-
rum, quod jamjam vigeanti tantopere in pa-

pta solum ex aliis libris & Encyclopediæ habentur — at politicis forsitan speculationem adcommodare juvabit? — de hoc argumento pauca solummodo delibare fas est; an Theologia aptam præbitura materiem? at at venerabiles modo anus sacras hodie inveniunt ædes — Jurisprudentia fors campum suggeret? — hæc modico continetur Codice legum, brevi & perspicuo — Medicane modum audendi suppeditet? — hæc mortem scriptorum censet, & hodierno ævo restringitur ad *Recepta* quæ intra aliquot annos memoriæ mandantur, — Philosophia subsidium præstet? — at ipsa hæc est, quæ rem perdidit, effecitque ut libelli & Ephemerides unam lectionem constituent.

Quid igitur factu opus est? — Adquiescendum est animo occasionalibus ita didis scriptis — quæ momentaneum duntaxat vitæ subsidium tolerandæ præbent. — Homo fortunam propitiam, aut adversam expertus lectorum curiositatem irritat, cuius inest sciendi cupido: quæ ratio & modus fuerit, fortunæ seu secundæ, seu sinistrae subeundi? — Fit interdum: ut Anecdotum aut rarus Casus auctori amplem notitiam adferat, lubet narrare tibi: ut cum *Cel. Thomson* scriptus mihi evenerit; ausculta:

Quis celeser erat artifex Comicus in Theatro Londnensi, in quibusvis familiaribus congressibus amatus æstimatusque — Thomson nobilis Scotus nihil minus quam dives dum Londinum advenisset; sæpe ca-

su in eo, iisque artibus versabatur djunctis quod adveniente meridie nesciret unde ventri provideret, famemque sedaret; hac ille anxietate actus venui offert poetici ingenii sui factum: *anni tempora*, at vendi non potuit, emtores non erant, adhaesit.

Bonus vir nomina fecit, eratque quidam Creditorum paullo asperior, qui pecuniam debitam idemtidem frustra postulans, quam spe: eum hoc opere fortunam habituram, ei mutuaverat, nunc spe delusum se videns adprehendendum debitorem, carcerique mancipandum curabat. — *Quin*, quin Thomsonum nosset, intellectis viri fati debitum quosolvit ob quod nexibus datus erat, petitque eum incarcerato colloqui; dicitur ad carcerem, moestumque sic adfatur” nomine notior ero Dom. Tuæ quam ingenio meo, Quin vocor, venioque coenaturus cum D. T. ipse dapes conducendi veniam, coenamque adaptari curandi libertatem mihi sumsi.”

Thomson inexpectata Mæcenatis benevolentia & humanitate percussus, ultro se prouum in propositionem gratiosi hospitis præbuit. Cum inter coenandum, familiaresque sermones animus cresceret, agebat: ut quæso factum: mihi singularem hunc tactum virum iura viles hos ergastuli parietes excipiendi honorem obtigisse? Nescit Dominatio Tuæ, reddebat theatralis heros, quantum sibi debeam; at gratum eapropter animum meum testari volo; eram in eo articulo rerum, quod jamjam vigenti tantopere in pa-

tria nostra melancholico morbo (Spleen appellato) corripendus fuerim, idque in eo gradu & intensione, ut fortassis mortem appetiturus fuisset, nisi poema D. T. de anniversariis temporibus opportune in manus meas incidisset, medelamque attulisset; huic ego poemati vitam conservatam in acceptis fero — hanc illud svavem & dulcoemdenuo reddidit; ledionem orsus, nondumque sanæ mentis, ultimæ voluntatis meæ confeci tabulas, atque in iis grati animi ergo 100 libras Sterling. Dom. Tuæ legavi.”

„Quoniam autem ledione Dramatis D. T. indubie restitutus jam ex integro sanitati sum, existimo obligationem meam esse, isthoc legatum vita adhuc spirante expendendi, cum opera Medici, quo usus sum, æque 100 librarum impensa mihi venerit.”

His, pro ea, qua par erat, gravitate de-claratis Quinus Poetam amplexatur, amicitiam suam offert, & sequenti die, cum jam carcere exire potuerit ut ad se pro prandio venire velit, etiam atque orat — quo dicto amico valedicit & Bancalem 100 libr. Sterl. in mensa relinquit, carcereque ea cum festinatione excedit, ut omnibus his, quæ secum evenere in stuporem actus & sibi pene eruptus Thomson nec tempus habuerit gratum animum verbis exprimendi — hæc rei gestæ narratio. —

At quis eventus, quod consecrarium? — Duo vix præteriere soles, ecce! historię fama ut solet totam urbem discurrit, in cunctis fa-

miliaribus Congressibus in foro, compitis, tabernis locisque publicis argumentum hoc colloquii & sermonis fuit, Thomson & Quin communi ore celebrabantur, & encomiis ad astra tollebantur; illius ingenii poetici vis magica, hujus memor beneficii gratusque animus eundis admirationi & venerationi fuit. Bibliopolium meum quasi oppugnabatur, quivis poema de anniversariis temporibus pretio nec interrogato postulare, quod olim, & paullo ante hanc conversionem, nec offerendo vilissimo pretio venam ibat, nunc raptim divendebatur, tinea pene ac blattis arrosus; intra pauculos dies totam quantam bene copiosam obsoletæ mercis penum divendebam, imo intra 6 hebdomades binas alias laudati poematis editiones procurabam domi forisque cum adplausu divulgatas. Hac ratione Thomsoni opes adeptus, ego pecunias promeritus. — Svaris Collega! historia hæc quemvis Bibliopolam docere & instruere potest: ut is — ex anecdotis ipsis etiam magnum emolumentum percipere valeat. —

In Elysiis oris nostris deprehendo omne genus scriptorum apud vos in superiore mundo, editiones, quas adventantes horsum Umbrae mihi interpretantur, — profecto deprehendo reapse scientiam omnem vestram (cum bona tui vestrique venia dictum esto,) sed tamen omnem doctrinam, eruditionem, fidem, auctoritatem, curiositatemque vestram Novellicis Calendariisque contineri. Omne doctrinæ artis genus volitantem paginam censet; sane miser articulus in Commercio nostro!

His admodum diebus in novissima Statistica singulares pro patria mea prospectus legi an quæso, ita se res, ut sequitur habet?

„M. Britannia debita, quorum Census superiore anno 21 Mill. Sterl. effecere qui Capitalem summam 600 Mill. librarum respiciunt, Debitorum inquam Britannicorum Onus Politicorum sæpeu nero Cerebrum jam exercuit. — Ad immensitatem summæ hujus in oculos tanto incidentiorem efficienda n. diversas eruditas allusiones excogitarunt, quarum *D. Fischer* Politicæ Bav. Directoris fortassis nominatissima. —

Superficies totius orbis, auctoritate & fide communi, 5400 geog. mill. in 2400 Decempedis constituitur. Ad unum horum geog. mill. 28,800 pedes Anspach. referuntur, quorum 12 decempedam efficiunt, talemque pedem in longitudine 12 Carolinæ seu 14 Ducati seu foliati Imperiales complectuntur. — Si jam debitum M. Brit. in 525 libr. Sterl. milliones assumatur, seu 2200 Imp. fol. milliones in Carolinis parati æris numeratum, arde juxta se positæ, tum linea quam efformant, spatium complet 1520 geograph. miliarium. Ex quo consistit: viam Parisiis — Londinium usque 76^o miliarium si terra confici ea posset, a $\frac{1}{4}$ latam maris Carolinis juxta se locatis, obtegi posse. Si ea Ducatis obtegeretur, hæc linea 2604 miliaria, foliatis vero Thalleris quorum 230,400 frustis longitudinem miliaris geog. seu 2400 decempedarum spatium cooperisset; hæc li-

nea 9547 miliaria, proin propemodum binis vicibus perfecte totam orbis superficiem incingeret.

Quodlibet quadratum milliare quarumvis Anglicanarum ditium oneratum est summa debitorum 967,175 Flor. & quodvis quadratum Jugerum territorii in tribus M. Britan. Regnis 80 flor. gravatum est. Dividatur jam Summa debiti nationalis Britannici per totam Europam 2 320,052 \square miliaria complectentem, tum incolis a singulo quadrato mill. 2489 fl. dependendum erit, quod ipsum eveniret, si maritimum Britanniae Monopolium eversum haud fuerit.

Anglicana nationalia debita si in gallicos asses, (Sous) seu germanicos Cruciferos converterentur, possent ferme totam orbis terrarum superficiem replere & hæc iis obtegi. Memoratum debitum efficeret in hæc forma 346,500 milliciones obulorum seu crucigerorum. Superficiem telluris ad 9 milliciones \square milliarium æstimari constat, ex quibus 2 tertiæ aquis, una tertia seu 3 quadrata. mill. terris repleta; ad quodvis ergo superficiem terrestri quadr. milliare referrentur 115500 obuli seu Crucigeri, & cum quadratum milliare 12000 \square jugera in se contineat, singulis quadr. jugens superficiem telluris 10 asses, seu crugeri obvenirent.

Erat alter, qui rationes duxit: ad persolvenda nationalia debita in 600 Millionibus Sterl. seu 6600 millionibus monetæ Austr. necessarias 64,455 Cent. Bancales adpensu-

ras, ad quarum simultaneam devectionem 6000—7000 Equos desiderari, quorum singulo denos Cent. papiri dorso imponendos fore. —

. Nec deerat ordine tertius computans: si quis summam debitam in auro numerare vellet, quotidie 18 horas & intra minutum 100 Guineos numerando esset, eum 11 annos, & 160 dies continuos numerationi impendere debere.

Anglia.

Londino (18. Julii. Nova nostra ex Portugallia continuo *in statu quo* consistunt.

Litteræ tardiores Gadibus de 21. Junii memorant: Expeditionem Gadibus Algesiras (urbem Sæviliæ prope Calpen) concessisse, constantem 5000 viris, momentosam diversionem facturam. Dux Aurelian. Gadibus est, brevi Siciliam repetiturus. Præsidium Gadit. 24000 viros numerat.

Politicae Episodæ.

Cel. Matrona *Recanier* formositate, item suo itinere Londinum, & mariti sui Casu, Parisiis temporalem (miseriam) cum æterna vita commutavit.

Cl. Hahnemannus Doctor Medicus Torgani, novissime Mediæ Systema edidit, quo vetus, & hodieum vicens (secundum artis regulas *methodice* moriendi) Systema penitus prosternitur & evertitur.